

possunt seminarii regulas sectari et diversorum Urbis athenaeorum lectionibus clarissimis proficere laurcamque doctoralem consequi.

«203. *Optandum ut clerici illuc mittantur.*— Plenarii huius Concilii Patres, munificentiae piorum Collegii in Alma Urbe Canadensis fundatorum memores, publicum gratitudinis suae cum summis pro merito laudibus, testimonium praebere cupiunt, ejusdemque altricis domus maius in dies incrementum exoptantes, ipsam omnibus Seminariorum Rectoribus enixe commendant; unde quotannis ad illud disciplinae ecclesiasticae sanctuarium nonnulli benemeriti alumni, juvante sollicitudine Ordinariorum faventibusque cleri necnon et laicorum largitionibus, mittantur.»